

*uici visu dignissima est. Rarissimorum Theologorum ibi scripta reperies. Vnde etiam Acta Concilii Constantiensis, ingenti utriusque Reipublicae commodo, superiori anno prodierunt. Vidi ego Lugduni Bat. qui Acta Hussitica sexaginta thaleris emeret in auctione publica. Ecquod igitur pretium volumen Rudolphinum merebitur? quod copia, selectu, raritate codicillorum ista longissime superat. Libelli diuersi generis ostensi, qui auctoritate Principis nostri lucem viderunt.*

§. IV. *IURA in ducatu Brunsvicensi & Luneburgico vel ECCLESIASTICA sunt, vbi corpus doctrinae Iulium, ab auctore (p. 691. sq.) sic adpellatum, sacrae anchorae instar, haberi solet, ad quam formulam omnes Ecclesiae ministri doctrinam suam iureiurando adstringunt: vel CIVILE, vbi quilibet principatus suas leges habet, conditas a Principibus, a Caesare autem Ferdinando I. an. 1559. die 5. Maii, quod mireris, solenniter confirmatas.*

*Differentiam formularum doctrinae & fidei in Saxonia ostendi. In ciuilibus Saxonica iura non sequi Duces Brunsvicenses, valde miror. Sunt eorum maiores, quos Saxonica instituta propius, quam alios ullos, tangunt. Quo tempore illi secesserint ab usu Saxonicarum consuetudinum? non constat. Forte ad ius scriptum Saxoniae Electorum se adstringere noluerunt: postea sensim etiam a consuetudinibus Saxonis defuesacti. Id lego in der Hofgerichts-Ordnung Herzog Georgen, an. 1639. Daß man nach selbiger den gemeinen beschriebenen Rånser-Rechten folgen solle. Vbi non aliud ius, quam ciuile Romanum, intelligi posse videtur. Causae confirmationis Caesareae in ipso diplomate: a) Damit solche Hofgerichts-Ordnung Sr. Liebden von niemand calumniret, b) gar umgestossen, c) oder geändert werden möchte. Id etiam notari meretur, quod in eodem diplomate successores Principes adstringant, ne ab usu huius iuris unquam recedant. Es sollen, inquit, Sr. Liebden Nachkommen dabey bleiben. Sed Georgius Wilhelmus an. 1664. nouo instituto edidit eine Cansley-Ordnung*